207

Φιλοπάτια

Νικηφ. Βρυεν.
νιδ LIV
Σελ. 147

17. Τὸν δὲ Βρυέννιον ὁ Βορίλας παραλαβὼν ἐν ὄρει τῷ Φιλοπάτια λεγόμενον ἀπαγαγὼν ἐκτυφλοῖ. . .

Σημείωσις αὐτόθι εἰς 229. Καρόλου du Fresne.

Fuit Philopatium non solum amoenus et arboribus undique consitus locus et aquis e fonte proximo manantibus irriguus ad urbis muros χερσαίος et ad portam auream, sed et palatium quod ibi aedificatum erat, Philopati perinde nomine nuncupatum, uti multis sat probavimus ad Villharduinum n. 93. loci situm et amoenitatem complexus est Cinnamus l. 2, scribens fuisse ἀμφιλαφῆ χῶρον ἢ εὔχλοον ἀπανταχῆ φέροντα τὰ ὡραῖα, neque alio respexit Theophanes in Leone Armenio, dum ait Crumum Bulgarorum regem Constantinopolim obsidentem, celebratis more gentis suae ad portam auream sacris, ἐν τῷ ὄρει θάλασσαν [illegible],

Φιλοπάτιον

suum in eandem contorsisse spiculum. sed prae ceteris Philopatii descriptionem ex Arnoldo Lubecensi a nobis allatam illustrat Odo de Diogilo abbas San-Dionysianus l. 3 de Profect. Lud. VII. regis Franc. in Orient. „erat, inquit, ante urbem murorum ambitus spatiosus et speciosus multi-modam venationem includens, conductus etiam aquarum et stagna continens. inerant etiam quaedam fossa et concava, quae loco nemorum animalibus praebebant latibula, in amoenitate illa quaedam palatia nimia ambitione fulgebant, quae imperatores ad jucunditatem vernorum temporum sibi fundaverant.” jam vero quod de palatio Philopatiano subdit, firmatur iis Cinnami verbis: ἐν δὲ τῷ καλάθιμον ἔσχεν βασιλεὺς γεγονὼς ἐν- διαιτᾶσθαι, ὃ Φιλοπάτιον ὀνομάζουσι, ejusmodi loca venationi commoda et septis circumclusa, quibusque adjuncta erant palatia, παραδείσους

Νικηφ. Βρυέννιος LIV σελ. 229

209

Παράδεισοι

appellabant Persae, uti scribunt Xenophon l. 1. et 9 de Instit Cyri Dio Chrysost. orat 5 de Regno et Zosimus; describuntur vero ab Ammiano. l. 24.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ